AZ IGAZ BARÁTSÁG

Damon et Phintias Pythagoricae prudentiae sacris initiati erant. Tam fidelem inter se amicitiam iunxerunt, ut, cum alterum ex his Dionysius interficere vellet, atque is tempus a tyranno impetravisset, quo - priusquom periret - domum profectus res suas ordinaret, alter vadem se pro reditu eius tyranno dare non dubitarit.

Omnes, et imprimis Dionysius, novae atque ancipitis rei exitum speculabantur. Appropinquante deinde definita die, nec illo redeunte, unusquisque tam temerariurn sponsorem stultitiae damnabat. At is nihil se de amici constantia metuere praedicabat. Hora autem a Dionysio constituta amicus supervenit.

Admiratus amborum animum tyrannus supplicium fidei remisit, insuperque eos rogavit, .ut se in societatem amicitiae tertium reciperent.

(Valerius Maximus: Facta et dicta memorabilia VII.4)

Pythagoricae prudentiae sacris a püthagoreus filozófia titkaiba
Dionysius Szürakuszai türannosza (i.e. 406-367);
interficio 3, -feci, -fectum itt: kivégeztet
profectus lásd proficiscor 3
vas, vadis m. kezes, jótálló (vö. még a vadimonium címszót is)
dubitarit = dubitaverit
unusquisque minden egyes ember, mindenki
remitto 3, -misi, -missum elenged vmit, lemond vmiről vmi kedvéért (az utóbbi dativusban: fidei)
tertium acc. praedicativus